



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XXVI. De Dominicus per annum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

---

TITVLVS XXVI.*De Dominicis per annum.*

1. **D**E Dominicis per annum, nihil aliud vocationum occurrit, nisi quod post Pentecosten usque ad Aduentum quando celebratur feria, Altaris ornamenta, ac Celebrantium paramenta erunt viridis coloris, exceptis Dominicis, infra aliquam octauam occurrentibus, nam tunc color erit conformis sancto cuius octaua celebratur.

2. Item, quod illa dicatur eiusque mensis, prima Dominica, quæ incipit in Calendis, vel est proximior Calendis illius mensis, ita ut si Calendæ fuerint secunda, tertia, vel quarta feria, illa censeatur prima mensis Dominica, quæ præcedit illas Calendas, si autem Calendæ fuesint quinta, sexta, vel Sabbatho, prima Dominica mensis erit illa, quæ sequitur ipsas Calendas, & in ea liber scripturæ, qui ponitur in prima hebdomada, inchoari debet, ita, ut in præcedenti Sabbatho ponatur Antiphona ad *Magnificat*, illius historiæ, quæ in prima mensis Dominica legi debet.

---

## TITVLVS XXVII.

*De commemoratione omnium Fidelium**Defundorum.*

4. **I**N Festo omnium Sanctorum post secundas Vesperas dicitur officium Defundorum in omnibus & per omnia ut supra titulo de officio, *Defundorum annotatum* est.

2. *Missa*